



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Antiquae Lectionis Tomus ...

In Qvo Plvra Qvam XX. Antiqua monumenta, nunquam edita

Canisius, Heinrich

Ingolstadii, 1602

Caput 11. De regibus Hebræorum & Latinorum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64160](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-64160)

Nillo tempore mortuo Heli sacerdote Hebræorum, Samuel prophetabat; & Saul regnavit annis xl. In illo tempore Siluius Latinorum Rex Æneæ filius, à quo omnes Albanorum Reges Siluij, vocati sunt. Hebræorum Rex primus ex tribu Iuda Dauid annis xl. Hebræorum tunc Pontifex Abiathar clarus habebatur, Latinus Siluius regnavit annis l. Hebræorum filius Dauid Salomon regnavit annis xl. Salomon templum in Ierosolymis ædificare cœpit, consummavit annis septem.

Caput 9.
De primo ex
tribulada rege

Carthago tempore Salomonis à Lacedæmonijs in Africa condita est à rege Zostrato & aliæ vrbes plurimæ. Nam & Carthago ab Arcedone Tyrio, ut vero alij, à Dido filia eius annis cxlvi. expleta fuisse refertur.

Caput 10.
De Carthagi-
ne &c.

Colligitur autem omne tempus. A Moysè & egressu Israel secundum tertium librum regnorum vsq; ad Salomonem & ædificationem tēpli computantur an. cccclxxx. A diluuiò vsq; ad Moysen anni III. millia cccclxxxviii. Ab Adam vsq; ad diluuium anni duo millia ccxlii. Simul omnes anni quatuor millia cxlviii.

Salomon Rex Hebræorum regnavit annis xl. Sacerdos Sadoch tunc fuit. Post Salomonem Roboam annis xvii. Post mortem Salomonis seditione orta in gente Iudæa, regno bifariam diuiso in Samaria decem tribus regnavit Ieroboam. Latinorum Alba Siluius regnavit an. xxxviii. Roboam filius Salomonis regnavit Hierosolymis duas tribus tantum, quæ vocantur Iudæorum, quia ex Iudæ stirpe descenderunt. Vnde

Caput 11.
De regibus He-
bræorum &
Latinorum.

Vnde & vniuersa gens illa nomine Iudæorum est vocata. Post quem Abia annis VIII. Post quem Asa annis XLI. Latinorum Ægyptius Siluius annis XXI. Latinorum octauus Capis Siluius annis XXVI. Hebræorum Iuda Iosaphat annis XXV. Prophetabant in Hebræis tunc Abdias, Hieui, Ozias, Michæas. Latinorum nonus, Carpentus Siluius annis XIII. Hebræorum Iuda (g Ioram) annis octo. Post quem Ochozias anno vno, Post quem Godolia mater annis VII. Post quam Iosias annis XL. Latinorum tunc post Carpentum, Tyberinus annis octo. Post XI. Agrippa Siluius annis XL. Ioiade apud Hebræos insignissimus Pontifex erat, Qui solus post Moysen vixit annis CXXX. Hebræorum Iuda Amasias annis XXI. Hebræorum Israël Iosias in tempore Ioram. Ipse fuit septimus in Iuda, regnavit annis VII. In cuius tempore prophetabat Elias. In tempore Iosias Regis Heliseus moritur. Zacharias propheta à Iosias Rege interficitur. Hebræorum Iuda Amasias XI. regnavit annis XXI.

g. hæc vox in
vtroque m. f.
exciderat

Cap. 12.
De regibus
Latinorum.

LATINORVM duodecimus Aremolus Siluius annis XXI. Post quem tertius decimus Auentinus Siluius annis XXXVI. In tempore Arcmoli superioris ipse Siluius Aremolus siue Remolus Agrippæ superioris regis filius præsidium Albanorum inter montes, vbi nunc Roma est posuit. Ab impietate postea fulminatus interiit.

Cap. 31.
Hebræis.

HEBRÆORVM Israël secundus Nadab annis duobus. Post quem tertius Baasa annis viginti quatuor. Post quem Hela annis septem. Post quem Ambri annis duodecim. Post eum annis XXVIII. In tempore Achab prophetabat Helias. Post Ioram Iehu annis XXVIII. Post Iehu Achab annis XVI.

Iulius